









Regimont.

1740.

Othius, Jacobus Henricus : De veris patriae et Rominae
potestatis differentis.

1741.

Othius, Jacobus Henricus : De actibus imperii German.
in Prussia possessionis factis venditatis.

1743.

1. Fabrum, Daniel : Pars I dissertationis evincentis
I quatuor vetera legatorum genera per vindictio-
nem, damnationem, sive modo, et proceptivum
penitus sublata esse, nec eorum vel aliquod Jus-
lexat vestigium in corpore juris civilis re-
manere II. nempe legataris hereditatem vi-
vum legatum praestare.
2. Sakne, Reinholdus Historicus, de : Jura scriptorum.

1744.

1. Bally, Theodorus : De ludis publicis.

1744.

2. L'Estocq, Joannes Ludovicus: De navibus rebuove
de delictis, tempestatis maritimali pro delictis
habentibus vel non habentibus
3. Waga, Stephanus: De eo, quod iustum est circa
incestum juris civilis.

1745.

1. Kurella, Jacobus Henricus: Ueber die Methode, nach
welcher ein Cursus juris ... eroffnet u. zu Ende gebracht
werden soll.
2. Schinemannus, Georgius Theodorus: De renunciatione
iuris juris non valida.

1747.

2. L'Estocq, Joannes Ludovicus: De iuris dictione
judicii Gallici Regionis montani.

1751.

Funk, Johann Daniel : De renunciatione officii publici.

1752.

Keller, Johann Reinholdus : De hereditatibus liberorum
naturalium paternis et maternis.

1755.

L'Estocq, Johann Ludovicus : De indole et jure

instrumenti Indaeis usitati, cui Maimon no.
men est.

1763.

1. Funk, Johann Daniel : De actibus iudicis

sub conditione mandati religionis gestis.

2. Grubbs, Daniel : De iuris dictione in causis metri-

novis alibus et hodie quoque exercitio in foro Geda-
nensi.

1766.

Braun, Christianus Renatus : De effectibus et

potentis divortii tam partialis quam totalis

1. 1771.

2. Tesler, Wilhelmus Bernhardus: De Depositione Depositi
pecuniae numeratae qualis.

1779.

3. Hatzpauer, Georgius Fridericus: De tempore in jure
civiliter ac naturaliter computando.

1. 1781.

1. Kneblerus, Jo. Bern.: Praetermissa et Consti-
tutionem Isdorsv. Accessit in dea lectionem
per hiemem 1781 habendam.

2

10
EXERCITATIO IURIDICA, 1755 13
DE
INDOLE ET IURE INSTRUMENTI IUDAEIS USITATI

CUI
M A M R E

NOMEN EST
QVAM

CONSENSU AMPLISSIMAE FACULTATIS IURIDICAE
PRO VIRIBUS PUBLICAE DEFENDENDAM SUSCIPIENT,
PRAESES

P. 418
IOHANNES LUDOVICUS L'ESTOCQ,

I. U. D. ET PROF. ORD. III.

AUGUSTI PRUSSORUM REGIS CONSILIARIUS BELLII, ATQVE
CIVIT. REGIOM. IUDICIO SCABINOR; ET COLON: GALLIC. PRAEFECTUS,
REG. SOC. TEUT. REGIOM. MEMBRUM HONORARIUM,

ET RESPONDENS

WILHELMUS BERNHARDUS JESTER, REG. PRUSS.

J. U. C. REG. SOC. TEUT. SOD. ORDIN.



OPPONENTIUM VICES ORNABUNT

IOHANNES CHRISTIANUS TESKE, REGIOM. PRUSS. I. V. C.
IOHANNES GEORGIUS SCHEFNER, REGIOM. PRUSS. I. V. C.

AD DIEM IX. OCTOBR. A. C. MDCCLV.

REGIOMONTI,

TYPIS SACR. REG. MAIESTATIS ET UNIV. TYPOGR. I. H. HARTUNGII.

191

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



246

101



*ILLUSTRISSIMI,
REVERENDISSIME, GENEROSISSIMI ATQVE
EXCELLENTISSIMI*

DOMINE
IOHANNES FRIDERICE
DE LESGEWANG,

AUGUSTI PRUSSORUM REGIS ADMINISTER STATUS ET
BELLI INTIME, MAGNI AQVILAE NIGRAE ORDINIS EQVES.

DOMINE
IOHANNES ERNESTE
DE WALLENRODT,

REGIS NOSTRI POTENTISSIMI STATUS BBLIQVE ADMINI-
STER INTIME, SUPREME REGNI PRUSSIAE MARRESCHALLE, CONSISTO-
RII PRAESES EMINENTISSIME, SOCIET. TEUT. PROTECTOR ET
ORPHANOTROPHEI REGIONTANI CURATOR
VIGILANTISSIME,

DOMINE
GVILIELME LUDOWICE
A GROEBEN,

AUGUSTI NOSTRI INTIME STATUS AC BELLI ADMINISTER,
SUMMAE APPELLATIONUM, QVAE IN PRUSSIA EST CURIAE PRAESES
EMINENTISSIME, ALBERTINAE NOSTRAE PROTECTOR
VIGILANTISSIME,

DOMINE TERRARUM Tharau, Karschau &c. &c,

DOMINE
IACOBE FRIDERICE
DE ROHDE,

PRUSSIAE REGIS STATUS ET BELLII ADMINISTER INTIME,
SUPREME REGNI BURGGRAVIE, COLLEGII PUPILLORUM CURAM
AGENTIS PRAESES EMINENTISSIME,

DOMINE TERRARUM Schrombenen, Kleinlaut &c.

DOMINE
ERNESTE DIETERICE
DE TETTAU,

AUGUSTI BORUSSORUM REGIS ADMINISTER STATUS AT-
QUE BELLII INTIME, SUPREME REGNI CANCELLARIE, JUDICII
AULICI PRAESES EMINENTISSIME,

DOMINE TERRARUM Tolcks, Powarschen, Wicken,
Schönbruch, Arnau, &c. &c.

PATRONI LITTERARUM
INDULGENTISSIMI,



Non indigna, NOMINIBUS V. E., pro ea quae
VOBIS in Albertinam, Matrem quondam
quoque VESTRAM, est propensio, illa venera-
bunda haberi poterit pietas; qua **AUGU-
STISSIMO** et VOBIS EIUS HIC LOCORUM
VICES TENENTIBUS, Antecessores Albertinae atque
Juventus corporibus et ingeniis, modestia ac doctrina
florens, praesto esse et partum qualemcunque dili-
gentiae Academicæ offerre audent.

In Republica apum, Virgilio canente:

*aliae, purissima mella
stipant, et liquido distendunt nectare cellas.*

Alitur tamen, simulac reliqua omnis

*pars, intra septa domorum
Narcissi lacrimam et lentum de cortice gluten
Prima favis ponens fundamina*

Nec spernitur thymus quem tandem fragrantia
mella redolent; est enim augurium, ex quo large
florente, Plinio teste, proventum apiarii sperant;
VELITIS, ergo REIPUBLICAE PROCERES in eo
VOS veros praebere MAECENATES, ut eos, quos
nobis ex hac republica litteraria conferre licet fru-
ctus, quamvis forte nondum sat laetos atque uberes,
non

non tamen terrae neglectae sentes atque dumos
censeatis, sed eo illos excipiat oculo, ut spes nos
alere possit pulcherrima, legitimo opere ulterius per-
fecto, posse etiam studia haecce in partibus nobis
creditis, et credendis, Reipublicae magis magisque
fieri utilia.

VOS vera genuinaque Meritorum Gloria et
REIPUBLICAE nostrae LITTERARIAE multum hinc
inde debilitatae CUSTODES, NUTRICII, PRAE-
FECTI, non tantum hos, quibus, quod vel soli vel non,
nisi mella scientiarum ferant, jaetare licet, VOBIS
commendatos habeatis, sed illorum quoque animos
confirmare dignemini, qui Gloriam VESTRAE accla-
mant:

*Hic iuvenum chorus, ille senum; qui carmine
laudes*

Herculeas et facta ferunt,
et sibi, uti Differentes, vindicant; spicilegia, Reipubli-
cae nostrae etsi in minimis, tamen proficua, colligere,
eaque, in devotissimae mentis tesseram.

N. V. E.

D. D. D.



§. I.



INFRACTA manebit Ictis illa veritas, scientiam ^{Actiones} Juris pro objecto universali habere, actiones ^{hominum} hominum, consideratorum, aut in statu Liber- ^{universale} tatis naturalis et moralis, in quo actiones per ^{Juris Obje-} Leges divinas in ipsa natura et essentia homi- ^{ctum consti-} nis positas determinantur, secundum illud ^{tunt.}

ARISTOTELIS: non in depravatis, sed in his quae bene secundum naturam se habent, considerandum est quid sit naturale, opponitur ergo statui Licentiae, in quo HOBESIVS a) hominem considerare nobis videtur; aut in statu hominis instinctui et inclinationibus animae sensitivae relictis, ad quem videtur sed non degradatus b) est a Justiniano; c) aut in statu civili introductis rerum

A

pro-

(a) in Libro de Cive C. 1. §. 6-10. C. 9. §. 3. C. 10. §. 1. C. 13. §. 7.

(b) Consentiunt nobiscum HEINECCIUS Element. Jur. Civ. sec. ord. I. §. 36. * et WOLFIUS in horis subsecivis Marburgensibus Anni 1729. C. 11. Trimestr. brunal. pag. 37. ubi injurios in iuris antistites, illis talia, quae sua in interpretando temeritas peperit, absurda imputantes, pro more solide refellit.

(c) in Definitione allata I. Lib. 1. T. 2. pr. d. I. N. G. et C.

proprietatibus ac dominiis, nec non imperiis indeque statutis Legibus humanis et determinato cuique quod suum est, in quo Leges humanae civiles norma sunt, ad quam facultas humana agendi dirigi debet, in oppositione status naturalis iam determinati. Quum vero prior ille status forte felicior et Libertati naturali convenientior, in quo Lex naturalis voluntati et vitae hominum regulam praescribit *d*) per se mutari non potuerit, nisi

Ut Iuri
dicundo o-
peram datu-
ro conven-
tionum natu-
ra ante
omnia nota
sit, necesse
est.

paetis et conventionibus hominum, *e*) hinc illis iuri dicundo qui operam navant, in primis conventionum naturam ut sibi perspectam reddant, opus esse arbitramur. Ad simplicissimas enim hominum actiones attenti, facile animadvertimus, variis soepissime sese implicare negotiis mortales, ad quae subeunda si naturam eiusque praecepta consulamus, nulla illos adigit necessitas. Varia pro statu Libertatis mutato cum actionibus nostris diversissime compositis, in republica coniungi percipimus motiva, quas ut peragamus vel omittamus, divinum illud praeceptum, *ad quod teste Cicerone f*) *non docti sed facti, non instiuti sed imbuti sumus*, nobis non iniungit. Haec raro accidit, ut illud rectae rationis dictamen aliquid permittat, quod tamen ne faciamus, iura in-

Sunt enim
Fons
omnis Juris
i. Publici.

terminantur positiva. Quorum si rationem scrutemur, non nisi illorum adoptare possumus sententiam, qui paetis et conventionibus expressis vel tacitis omnes Leges positivas civiles *g*) originem debere statuunt. Et sane firmissima argumenta, omnes qui forte
moveri

(*d*) Conf. L'esprit des Loix Liv. I Ch. 1.

(*e*) Voyez le discours sur l'origine et les fondemens de l'ingalité parmi les hommes, par Jean Jacques Rousseau.

(*f*) Oratio pro T. Annio Milone C. 4.

(*g*) LEGES POSITIVAE enim sunt *praecepta generalia summi imperatoris, de actionibus externis indifferentibus ad decus utilitatemque republicae componendis* Hein. I. Nat. L. 2. C. 8. §. 152. ACTIONES INDIFFERENTES sunt, quarum nec conformitatem cum Lege nec diffinitatem demonstrare valeamus Canzy. Discipl. morales § 48. Per hanc Definitionem ab illusterrimo Heineccio, cuius cineres et eruditissimi venerantur revelatas, minime imperantis iuri ipsi circa Leges naturales et divinas revelatas competenti derogatur. Manet enim illi illibata potestas, illas repetendi, extendendi interpretandi et sanctionibus poenalis muniendi. Poteest Iuri naturali, uti Ictus loquitur L. 6. D. de J. et J. aliquid addere vel detrudere, si tantummodo caveat, ne divina-

3.

moveri possent, calculos ponunt, nihilque dubii in haesitantis, modo prima stamina naturae recordetur, animo relinquunt. Alma enim illa et benignissima mater, natura, omnes aequales in hanc scenam prodire passa est. Omnis exultat, in felici illo statu naturali autoritatis splendor, omnes aequali fruuntur iure, *b)* omnibus facultatibus atque rebus ad finem naturalem sine laesione officiorum utendi. Independentes a voluntate alterius cuiuscunque in agendo non nisi a se pendent, ac ut brevibus omnia amplectamur, summa fruuntur Libertate, *i)* sine Licentia, naturali,

A 2

rum Legum autoritas in republica occidat et frivole laedatur. Hein, l.c. §. 153. Exempla sunt; *Nuptiae*, quibus addit formam et ritum, *Contractus*, quibus adduntur stipulationes formae et schemata approbata, uti illud est de quo disseritur in hac Exercitatione. *Testamenta*, si respiciamus illorum ritus et solemnitates. Ritus enim eiusmodi publicum testimonium praebent, aliquid rite actum esse. Autor Legum humanarum positivarum interim est *summus imperans*, seu ad cuius nutum ratio sufficiens est, aliorum actiones et voluntates ut conformentur, sive physica sive moralis persona sit. Duplici autem modo fieri solet, ut in alicuius nutu vel voluntate reliqui rationem inveniant, cui illi conformiter agant 1) si essentiam et existentiam ab alio dependentem quis habeat, hinc ius naturae omnes omnino obligat mortales. 2) Si plurium voluntates per Consensum in alterius arbitrium resolvantur Canz. Discipl. mor. §. 68.

- (*b*) Conf. Lib. B. DE WOLFF, qui in animis eruditorum praecipue vero Ictorum quibus certe praeclearissimam in iure naturali Gentium et Civitatem accendere valuit, etiam post fata vivit, Iur. Nat. P. 1. §. 143. seqq.
- (*i*) Libertas enim est independentia in agendo a voluntate alterius cuiuscunque Wolf. I. N. P. 1. §. 153. Icti romani maxima ex parte Stoicorum principis, ad agendum in republica his temporibus maxime aptis, inbuti, hanc sententiam suo corroborant suffragio, dum *omnes uno NATURALI nomine homines appellari* contendunt. L. 4. D. d. I. et I. L. 32. D. d. R. I. Et EPICETUS dominum quendam huius veritatis sic lepidissime commonefacit? Nonne recordaberis, quis sis et quibus imperes? Nonne cognatis, nonne fratribus, nonne a love oriundis? Svadet hic Philosophus, ut domini cum servis, qui rite suis funguntur officiis, nec ipsi vel reprehensionem vel poenam incurrunt, clementer atque comiter vivant, quippe qui si naturam respiciamus citra fines officiorum suorum aequae liberi sunt ac domini ipsi, dum ex istidem seminibus orti, eodem fruuntur coelo, aequae spirant, aequae vivunt, aequae moriuntur.

4
nali, in qua cuilibet facere, quod appetitui rationali volupe est, licet, quia praeter Leges ex ipsa natura arreptas atque haustas, non nisi vis iusta, liberrimam hanc agendi facultatem restringit. *k*)

§. 2.

QUAE quum ita sint, neminem nostrae, quam defendimus sententiae refragaturum esse, spes nos alit certissima. Nulla enim Lex existere potest, nisi adsit Legislator, et quamvis concederemus Grotio, demonstrari posse normarum quarundam utilitatem, sine Legislatore: Obligatio tamen ad hanc implendam sine illo difficillime statueretur, quem et autoritate et potestate illos antecedere oportet, quos praeceptis suis morigeros esse cupit, quae praerogativa autem non obstantibus illis, quae in Contrarium afferre videtur WILLIAM TEMPLE, *) naturae non consentanea esse videtur. Alius vero modus praeter pacta de hoc aequalitatis iure recedendi inter homines ne cogitari quidem potest. Mutuo ergo consensu, partim de Civitatibus particularebus expresso, partim praecipue de Civitate maxima et Universalis, tacito, mortales libertatem naturalem, quatenus finis societatis hoc requirit, sustulerunt, imperii iecerunt fundamenta et principum imperio sese regi ultro *l*) et voluerunt et concesserunt. Ut plurimum autem ad rempublicam constituendam tria requiruntur pacta, vti recte statuit HEINECCIUS. *m*) Primo

(*k*) Si enim aliquis officia, Lege naturae sibi iniuncta susque deque habere et alios iniuria adficere apud animum constituisset, si vita nostra in vim, si in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis expediendae salutis honesta ratio est et vim vi repellere licet. Cic. I. c. In finitum enim defensionis ius nobis competit, et quod quis ob tutelam corporis sui fecit, iure fecisse existimatur. L. 3. D. d. I. et I. En vim iustam qua alterius licentiae etiam in statu naturali obicem ponere valeamus.

(*l*) Accidit etiam nonnunquam, vt mortales, in primis vero victi, metu majoris mali, victoris imperium inviti agnoscant, eo ipso vero, illorum constat consensus, et id eo magis, quo minus dubitari potest, et in actionibus invitis aliquam adesse electionem, nempe minoris mali.

(*) in der curiesen Untersuchung des Ursprungs und der Eigenschaft des weltl. Regiments. edit. Halle und Leipz. 1726.

m) Jure Nat. et Gent. L. II. §. 110. 111. 112.

mo enim necessarium est, vt plures personae de societate ineunda consentiant. Amice ergo conspirare debent, vt mutuis viribus seopum quendam praefixum attingant *) Alterum est de

A 3

regi-

n) Hic non immerito quaeritur, quae fuerit causa impulsiva atque finalis, qua homines moti statum naturalem dereliquerunt et in rempublicam coaluerunt. A veritate nobis non abscondita videtur opinio illorum, qui huius rei palmariam causam suspicacionem mali imminentis metum fuisse autumant. Semper enim extiterunt, qui fucorum instar alienis fortunis inhierare non erubuerunt. Fuerunt qui dominandi libidine excitati, res alienas invaserunt, illarumque dominis durissimas scripserunt Leges maxima ex parte fortiorum in debiliores. Hi saepe eiusdem protervitatatis socios, malitiae suae adjunxerunt, quorum unitis viribus, singulis in statu naturali viventibus resistere non erat possibile. Ut ergo eo melius quibus de meliori luto finxit praecordia Tytan, propulsandae iniuriae studere possent, alter ad alterius amicitiam sese contulit, et sensim sensimque plurimae familiae rempublicam constituerunt. Huic fini principali accedit *remotior*, securitas interna et commoditas, vt *data Legibus vi, iudicis auctoritate, cultus agris, saceris honos, securitas hominibus et certa rerum suarum cuique constans possessio atque defensio*, Quae omnia ingeniose iam in ipsa republica apum observavit VIRGILIUS Georg. L. 4. v. 150. seqq.

Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipse
Addidit, expediam; pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaque aera secutae,
Dicitur coeli regem pavere sub antro.
Solae communes gnatos, confortia tecta
Urbis habent, magnisque agitant sub Legibus aevum;
Et patriam solae et certos novere penates:
Venturaeque hiemis memores aestate laborem
Experiuntur, et in medium quaesita reponunt.
Namque aliae victu invigilant et foedere pacto
Exercantur agris: pars iutra septa domorum
Nareissi lacrimam et lentum de cortice gluten,
Prima favis ponunt fundamina. Deinde tenaces
Suspendunt ceras; aliae spem gentis adultos
Educunt foetus; aliae purissima mella
Stipant, et liquido distendunt nectare cellas.
Sunt, quibus ad portas cecidit custodia forti;
Inque vicem speculantur aquas et nubila coeli:
Aut onera accipiunt venturum, aut agmine facto
Ignavam fucos pecus a praesepibus arcent, &c. &c. &c.

regimine introducendo. Qui vult finem, velle etiam debet media, quae ad illum obtinendum ferunt. Sunt autem quot capita, tot sensus et

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Hinc nunquam amicus esset inter coeuntes consensus, nisi esset rectoria. Et si paciscentes sine proposito non excidere velint, mutuam debent facere sponsonem, vt corpus mysticum constituant, atque voluntatis suae arbitrium et vires in unius personae moralis aut physicae beneplacitum resignaturi sint. Postremo denique inter illos convenire debet, quam formam reipublicae eligere consultius ducant, utrum de rebus ad publicam utilitatem spectantibus in medium consulere, an illarum curam quibusdam doctrina et probitate conspicuis seu optimatibus vel etiam unico demandare velint, sic denique oriuntur Leges fundamentales, ad quas imperii exercitium restringitur, sic ius publicum, (o) quod de imperantium ac civium nexu praecipit, ex conventionibus ortum trahit.

§. 3.

II. Juris
privati.

SINE iure publico nulla esse possent iura positiva privata. Paragrapho enim primo prolixius persequuti sumus, secundum Ius Naturae nemini in actiones alterius ius competere. Hinc omne id, quod aliquis forte obligandi animo ediceret, elusorium esset, nisi, quibus praecipit, ius illi, ut imperanti, in actiones suas concessissent. Sunt ergo conventiones mediate iterum causa cur iura privata condita sint. Quanta ergo laude dignum est negotium Icti, conventionum naturam assidue explorare. Non solum autem pacta sunt fons omnis iuris publici et privati, sed palmarium etiam constituunt Iurisprudenciae objectum. Leges enim motiva cum actionibus nostris coconnectunt, et ob oculos ponunt, vt quam maxime conducant, hoc illudve suscipere negotium. Iam non inficias ire apud animum constituimus, nos non raro immediate legum vinculo, ineluctabili necessitate ad aliquod faciendum adstringi. Soepius tamen, immo soepissime concurrere debent facta nostra, si iura efficaciae suae specimina edere debeant. Nonne vero maxima occupationum humanarum pars pacis-

(o) Heineceji Elementa I. Civ. sec. ord. D. P. 1. §. 9.

7
paciscendo absolvitur? Experientiae patrocinio freti haec defendere audeamus.

§. 4.

CONVENTIONES vero in pacta et contractus dividi in vulgus notum est. Quae divisio non utique ex Iure naturali, sed potius ex iure civili romano pro eius status qualitate provenit. Iure naturali enim ut cum plurimis recte concludunt Viri de eodem enucleando optime meriti, Pütter et Achenwall, (p) *omnis validitas contractus cum validitate pacti eadem est.* Nec eius si ad ius germanicum, quod magis et Prussi sequuntur, attendamus, ullus sese exserit effectus. Maximam enim Germani in fide servata quaerebant gloriam et a perfidia ita abhorrebant, ut illud Taciti; nullos mortalium armis aut fide ante germanos fuisse, elogium firmo niti talo, vel exinde colligi possit, quod infamia illos notarent, qui qualiscunque pacti religionem violare non erubescerant. (q) Nunquam enim a simplicitate iuris naturalis recedebant, sed eius acquitatem maximi aestimabant. Quid mirum ergo, si nunquam apud illos querela, de summo iure, summam in iniuriam vergente, audiebatur. Alia autem conditio iuris civilis est. Huius enim compilatoribus e re visum est (ne scilicet romani, quorum ingenia ad promittendum admodum proclivia erant, effusa liberalitate praecipites in perniciem ruerent, et dilapidatis opibus iusto citius, in praedudicium reipublicae, cuius interest, ne quis re sua male utatur, ad incitas redigerentur) quasdam tantummodo causas obligandi virtute munire et ex his in vita humana frequentius obvias speciali insignire nomine. (r) Hinc Contractus definiuntur per conventiones, quae habent vel solummodo causam, sua natura civiliter obligantem vel insuper adhuc nomen aliquod speciale, uti Contractus MAMRE, si qui Praetori cognitus fuisset, forte nominatam producere potuisset actionem. in casu Conditionem certi ex Contractu cui Mamre nomen est. Ex innominato Contractu enim praescriptis tantummodo verbis agi potest, et pactis nomine et causa destitutis obligandi robur denegarunt iuris antiflites (s) seu potius

(p) Element. Iuris Nat. Göttingae 1753. edit. L. 1. C. 2. T. 4. §. 439.

(q) Hein. Elem. Iuris germ. T. 1. L. 1. §. 397.

(r) HEIN. Elementa Iuris Civ. sec. ord. D. P. 1. §. 331.

(s) L. 7. §. 4. D. d. pactis.

tius ex illis nullam agendi facultatem concesserunt, sed cuiusque paciscentis religioni pudori et pietati reliquerunt, utrum fidem datam liberare vellet nec ne, prius tamen omni modo svadebant, nihil enim tam congruum fidei humanae arbitrabantur quam pacta servare, (†) quae vero ut observentur iura nostra aequitati magis consentanea non solum svadere sed et iniungere extra dubitationis aleam positum est. *)

§. 5.

Non sicut autem iura circa conventiones quibus in sua civitate cives utuntur, cognita habere.

Etiam in Exteriorum consuetudines et iura inquirat ICtus.

Commerciorum ergo.

NON tamen ICtus Themidis sacra ut par est peragit, si tantummodo Contractus velut per transfennam sibi notos reddat. Intimi enim et a sensu emotissimi sunt in animis hominum, immo, quandoque totarum gentium, et inter illas praecipue gentis iudaicae, (quod tamen pace rectius et inter eos sentientium atque agentium dictum sit) recessus, tantaeque latebrae, vt necesse fuerit variis cautionum generibus Contractus munire, ne contrahentes inter se circumscribantur. Has vero rite adhibere nequit, nisi qui naturam negotii, quod contractui ansam praebuit, huiusque indolem ex omni parte noscit. Nec si tantummodo Consuetudinum illarum, quibus privati in illa civitate, cui et ipse nomen dedit, utuntur, peritus est, metam praefixam attinget; sed obtinendo scopo suo expedit, quantum fieri potest, etiam in exteriorum sanctiones atque consuetudines inquirere. Ut enim felicitas humana per negotia quae non solum humanitatis sed officii quoque sunt promoveri et largissimi commodioris vitae fructus proferri queant, opus est, vt finitimae gentes inter se commercia exercent, et mutuis viribus necessitati suae opitulentur. Quia vero nullus imperans alterius regionis subditis Leges ferre valet **) necesse est ut alter populus alterius sanctiones tacite agnoscat, vel imperantes inter se de quibusdam utrique genti communibus Legibus ferendis conveniant, vel speciales quaedam consuetudines tacito utriusque consensu, actuum frequentia, usuque invalescant et vim normae obtineant, hinc fieri solet,

(†) l. 1. pr. cod. l. 1. pr. D. d. pec. constit.

(*) Pr. 191. d. Ao. 1721. P. 11. L. IV. T. 16. A. 4. §. 1. pag. 193. Cod. Frid. P. 3. T. 36. §. 3.

(**) Varias enim respublicas erga se invicem non aliter considerari possunt, quam personae singulae per se liberae et aequales in statu naturali vitam degentes. Hein. Elem. Iur. Nat. L. 11. §. 21.

let, ut aliquod contractuum vel negotiorum genus civibus inter se non tam usitatum, quod tamen si cum exteris negotia exercent, quam maxime frequentatur. Sic Borussiae inter se et extra mercaturam non simpliciter licet aut ita frequens est commercii illud genus, quod vulgo vocatur *der Barai-Handel*, et quod uti emptio per aversionem speciei contractuum aleae nobis esse videtur. Cuius objectum soepe quidem merces, in commercio ordinario occurrentes (*Courente - Waaren*), soepissime vero res promercales fucosae, fallaces, et obsoletae, (*Juden-Waaren* vulgo dictae) constituunt, quarum aestimationem secundum naturam huius contractus venditor emptoris examini relinquit, vitia vero palam facere non tenetur, *w*) de quo nobis forte alio tempore fusius loquendi erit occasio, cum interim pro eo illud PUFFENDORFII *x*) militet, docentis; *Rigidam nimis officiorum exactionem in negotiis eiusmodi a vitae communis consuetudine abhorreere et facile Mercatoribus beneficentiae necessitatem remitti posse, modo per lucri cupid-*

B

pidi-

(w) In hoc passu recedit hic Contractus a iure communi. Aediles curules enim quibus fallacis venditorum occurrere et emptoribus suppetias ferre curae cordique erat, L. 1. §. 2. D. d. aedit. Edict. capita quaedam edicto suo quae plane contrarium aliquod requirunt, intererant. Sic l. 1. §. 1. D. c. l. cautum legimus, ut qui mancipia vendunt certiores faciant emptores, quid morbi vitique cuique sit, id quod hodie praecipue in venditione equorum obtinet quoad vitia non visibilia. I. I. BEHAM I. U. D. *Rosrauscher. Rechts Cas.* 2. Non solum vero mancipiorum sed et iumentorum emptoribus prospexerunt aediles, quod satis superque alterum edicti caput evincit. Sicuti etiam per Interpretationis extensivae regulas, quas in hoc edicto adhiberi autor svaforque est Ulpianus L. 13. D. d. LL. illius sanctionem ad res quascunque mobiles et immobiles proferri et experientia et iura luculentissime commonstrant. l. 49. l. 63. D. d. aeditio Edicto l. penult. C. d. aedit. act. STRYCK. Usus modern. D. h. t. HEINEC. Florum sparsio ad aedit. Edict. C. III. §. 1. nihilque circa venditiones et permutationes tam usu fori *Pr. 29.* de (no. 1721. L. 4. T. 6. A. 17. §. III. IV. V. frequentari videmus quam actiones redhibitoriam et quanti minoris quas vero in *Contractu des Baratbandels* exulare inveterata illa consuetudo, quae iam vim normae obtinuit, probat.

(*) L. 5. C. III. §. 4. I. N. et Gent.

pidinem nos decipere nolint. Judaeis autem et aliis mercatoribus exteris, tales merces viliori pretio emendae offerri possunt, quibuscum alias res permutare solent. Quem contractum et id notatu dignum reddit, quod ne quidem laesio enormissima illum rescindere valeat. Quia enim regulariter eiusmodi mercimonii aestimatio arbitrio alterius relinquitur, omne damnum quod sentit, non sentire videtur, ipse enim est in culpa et voluntate aleam intrandi. Si ergo Ictus talium consuetudinum ignarus existit, ad respondendum, agendum, iudicandum et cavendum, in quo omnis eius versari debet cura, non semper aptus erit.

§. 6.

Transitus
ad
Thema.

VENIAM ergo et nos mereri censemus, si non solum patrium ius non ignorare studemus, sed exterarum quoque in primis nobis conterminarum gentium Iudaeorumque, quotidie hic loci negotia gerentium, iura et consuetudines horis percipere subscevis allaboremus, conferendo scilicet cum theoria Iuris, casus in foro obvientes, eumque in finem hic speciminis loco contractuum genus quoddam apud iudaicae fidei homines usitatum quod MAMRE vocatur, pro virium modulo perlustrare annitiamur. Non quidem, quibus Iudaei utuntur, linguas exacte intelligimus, id quod ingenue profiteri non erubescimus. Sed uti in haebraicis atque graecis Ictis in foro iure permissum est, versioni, ubi necesse est inhaeremus, quod et ideo nobis vitio verum iri arbitramur. (y) Non enim Philologos agere apud animum constituimus, sed quaecumque potius ex moribus Iudaeorum ad hunc Contractum facientibus generaliter cognovimus, congerere et

(y) Quid quod Icti practici causae nostrae patrociniū lubenti suscipiant animo. Quia ex eodem iure, quo, vi canonis, *quod recipit glossa, recipit forum* versionibus uti licet, omnes Novellarum, Iustiniani auspiciis collectarum barbaram et obscurissimam Versionem latinam pro authentica habent, et nobis versionibus autenticis, *Uebersetzungen der dazu beglaubigten Dolmetscher* uti licet Conf. Arth. Duck de usu et autoritate I. civilis in dominūs principium christian. l. 4. 16. pag. 63, et Hl. Hein. Historia I. L. l. C. 6. §. 398.

et utrum consuetudinibus suis circa illum relinquendi sint, inquirere mens nobis est et animus.

§. 7.

NE VERO alicui taedio sit longiusecula nostra Iuris communis connexio cum hac Materia, rem ipsam aggrediamur. Descriptio Contractus qui Mamre dicitur. Sunt autem MAMRE, IUDAEIS PRAECIPUE PER POLONIAM EIQUE CONFINES REGIONES NEGOTIA PROSEQUENTIBUS, USITATAE LITTERAE OBLIGATORIAE sive INSTRUMENTA SINGULARI FORMA INDUTA, IN QUIBUS DEBITOR SE MUTUUM ACCEPISSE FATETUR, ATQUE VI VINCULI ILLARUM, SINE OMNI EXCEPTI-ONE, DEBITUM SOLVERE NECESSITATE ADSTRINGITUR *(et quidem in quovis loco, et cuicunque huius Instrumenti possessori si nomen Creditoris et Locus solutionis sicco praetercurantur pede.)*

§. 8.

HAE Litterae atque plane singulares obligationum formulae, solemnni schemate munitae, de quibus, quantum nobis constat, hucusque nemo aliquid deduxit (ita vt ad Iudaeorum Antistites, quos *Rabbinen vel jüdische Schulmeister* vocant,) ea de re confugere, illosque consulere necesse fuerit, quantum ex illis illorumque sententiis eruere licuit, ortum trahunt, a docto illo, quem maximi adhuc aestimant plurimi Iudaei, Rabbino, qui Lublini innotuit, cui Meier nomen fuit, quem vero in signum reverentiae (si ebraice eius titulum efferamus) MORI HARAV RABI MEIER, i. e. Doctorem Rabbinumque seu per compendium iudaicum MaHaRaM vocabant. In ultima enim voce quaevis consonans Littera, initialis est ex titulis illi assignatis, quorum mentionem paullo ante iniecit. Plurimas hic Vir, quas iudaica sacra sequentes, observant consuetudines introduxit, vagumque illum, quo antea pro lubitu utebantur contrahendi modum accuratius determinavit. Et quia haec specialissima Contractus forma illi natales debet, initio eodem illum nomine

Origo.

mine puta *Mabaram* insigniverunt, quod autem postea cum *chaldaica Mamre* seu *Mamra* voce permutarunt.

§. 9.

Forma
huius Con-
tractus.

QVOD formam huius Contractus generaliter attinet illa sequens est: Uni, schedulae quam adhibent, lateri, omnem inscribunt obligationem, puta, Summam Debendi, Locum Solutionis, Nomen Creditoris et quaevis alia quae illam concernunt. Alterum vero nomine signant Debitoris et quidem si omnes adhiberi solemnitates habet, nomen Debitoris praecise dorso obligationis s. illius schedulae partis quae obligationem continet inscribendum est. Cuius rationem esse credunt, ne illis fraudi sit malitia Contrahentium. Non enim nisi omnis scindatur obligatio fieri potest, ut nomen illius qui sese obligavit, amputetur. Nomen Debitoris quemadmodum et in aliis Contractibus Iudaicis usitatum est, regulariter sequi solet testium subscriptio, ideo introducta, ut facilitati manum diffidendi obveniatur. Et quidem si Debitor non commerciorum fama fidei suae sociis innotuerit, nec manus eius nota sit, aut iudaicae religionis Antistitem seu Rabbinum, quem omni exceptione majorem testem esse autumant, aut duos alios illum adhibere oportet Iudaeos, qui praefentes sint, si chirographum aliquod scribatur et postea subscriptioni suae inferant, se illud exarari vidisse. Si vero manus eius nota sit, nec Creditoris intersit, ut testes adhibeantur, simpliciter debitoris fidei et integritati sese committere potest; Quoad formam discrepat a communi et postea demum invento modo sese obligandi, *durch ein Oblig*, vulgo *Samilek*, cuius sequens est forma. Excinditur ex medio paginae parva chartae pars, quae *Okigka* seu Locus Custodiae vocatur, quae semper eodem loco eademque forma ita excinditur, ut iam statim ex hoc segmento, vitium in forma commissum adpareat, ad cuius sinistram Nomen Debitoris nec non testium effata et nomina qui illis *Pieczparz* nomine veniunt, scribi solent. In dorso vero et quidem supra segmentum omnis extenditur reliqua Obligatio.

§. 10.

§. 10.

MAMRE vox, genus aliquod est, et sub se comprehendit duas species puta Contractum STAAR-CHOW Einen Schuld-brief, et STAAR-ISKA, einen Handlungsbrief, quae vocabula ex Lingva chaldaica mutuata sunt. Staar praecunte D. Heinrico Zipffel (z) dicitur Iudaeis id quod nobis Schema quoddam obligationis, quod eum in finem praescribitur, ut ad eius normam varia contractuum genera extendi queant. *Ein jüdisch Formular, woraus allerhand Obligationes kurz oder lang zu machen,* CHOW idem quod debitum et ISKA quod nobis commercium significat.

Divisio.

§. 11.

Ad essentialia primae speciei quae vocatur STAAR-CHOW pertinent.

- 1) Summa debendi.
- 2) Vox Staarchow, Convenit in hoc passu cum cambio, cuius rigorem in hoc Contractu Iudaeos voluisse imitari, ex sequentibus adhuc patebit. A voce Cambii enim schedulae obligatoriae inserta omnis dependet cambialis obligatio. Eadem huius etiam est contractus conditio, nisi enim exprimatür vox STAARCHOW, omnes exulant effectus huic contractui competentes.
- 3) Tempus Solutionis.
- 4) Exprimendum quem fidei adstringendae modum adhibere contrahentibus placuerit. Moris enim est praepremis Iudaeis vel stipulata manu vel dextra data quippe quae fidei testis est, vel Tunica Rabbini tacta (*bey dem Mantelgriff*) sese obligare, vel per res notorie sibi carissimas iurare, vel etiam solemni iuramento paratam promittere satisfactionem, et ultimum quidem, vt si Iudaeo cum aliis Iudaeis res sit, ille

B 3

coram

(2) *Tractat von Wechselbriefen und deren Usance eiusque Edit. Franckf. und Leipz. 1701. annexo adp. von jüdischen Schedaroth sonst Staars genannt, pag. 545.*

eoram antiftite iudaico conveniri et vi Banni Judaici constringi poffit. 22.)

5) Dorfo huius obligationis nomen Debitoris infcribendum.

AD NATURALIA e contra pertinet, vt nomen Creditoris silentii peplo involvatur, Locus Solutionis omittatur, et testes fua fubfcriptione hunc Contractum corroborarent atque muniant, et hoc quidem eum in finem, vt Debitor ad commercia fua facilius pbmouvenda tales femper loco Tefterarum cambialium in pomptu habere poffit litteras, ad contrahendum mutuum in cafu et loco deficientis pecuniae aptas, quibus tantummodo fuma mutuo accepta fuo loco addenda,

§. 12.

Effectus.

Multum hic Contractus fuper communem Polonorum contrahendi modum *durch ein Oblig* eminet, et fere in tantum quantum Cambia Chirographis praevalent, in primis vero, fi ex tali fchedula non adpareat, quis fidem Debitoris fequutus, et in

(2) Ampliffimarum bonae fidei et religionis claufularum, quas Iudaei adhibere folent copiam nobis facit fupra laudatus Zipfel im Schedaroth pag. 553. verbis; Ich Sara die Schuldnerin wie auch die Caventen N. N. und N. N. wollen ===== alles treulich fonder Betrug, Auszug, Arglift, Einrede und Gefahrde, auch nochmals bey unfern feften Worten, guter Treue, wahren Glauben auch an Eidesstatt, und fo wahr uns GOtt helfe und fejn heiliges Wort, und ich Sara die Schuldnerin verspreche abfonderlich BEY DEM MANTELGRIF, HANDSCLAG, UND WJERCKL. EID, wie folcher im Buch der ältesten jüdischen Nation vorgeschrieben, fo wahr mir der Gott Abraham, Isaac und Iacob der das Gesetz auf dem Berge Sinai gegeben hat, helfen soll, und daz GOtt mich von feinem Haufe ausschüttele und leer mache, und nach Gebrauch der Rabbinen also in beffer Gestalt, DASZ ES HILFFT BEY DEM HOHEN BANN und bey dem Eid der heiligen Schrift, vermöge der jüdischen Policy der gelehrten Rabbinen, wie ich denn dem Inhaber dieses Schedaroths und Verschreibung, soferne ich denenfelben in allen und jeden nicht nachkomme, ein Anathema, Mahara, Motha seyn soll und will *et pag. 547.* Ich gelobe Zahlung zu thun bey meinem Worte, guter Treue und Bieder-
manns Glauben, auch fo wahr mir GOtt helfe und fejn heiliges Wort.

in quo loco nomen expungendum sit seu qui locus solutioni destinatus sit. Exinde enim Contrahentium intentio colligitur, ut quocunque in loco Debitor suae obligationi satisfacere et de fiderio cuiuscunque qui hanc schedam possidet, respondere debeat, quod etiam valet, ne causa quidem debendi expressa, quippe quae semper ex qualitate personae ut causa mercandi praesumitur, aa) in quo passu convenire nobis videtur cum illa specie litterarum cambialium, quae dicuntur OFFENE WECHSEL; sub clausula, *An zeigern dieses seu endossements in bianco*, quae plerisque in locis vero reprobatae sunt. bb) Hinc in Contractu *Starchow* non speciali titulo opus est, quem edere tenetur eius possessor. Sufficit ad agendum sola Instrumenti Mamre detentio. cc) Alias, nisi ipse Creditor ex schedula obligatoria agat, eius possessores vel assignationem vel etiam cessionem probare debent. Assignatio involvit simplex mandatum in rem alienam,

1) Quilibet possessor cum effectu exinde agere potest, si nomen Creditoris omissum.

- aa) MARQUARD d. Iure Meocat. L. 1. C. 14. §. 11. STRYCK. Usus Mod. Pand. L. XXII. T. 4. d. fide Instr. §. 1.
- bb) HEINECC. Ius Camb. C. II. §. XI. FRANCKII Inst. Iuris Cambinal. L. I. S. III. T. 6. §. XII. et L. II. S. III. T. II. §. I. II, III. Siegel Corpus I. cambialis P. 1. pag. 18. §. 11. cum not. seqq.
- cc) Eundem quidem effectum et aliis Contractuum Iudaeis usitatorum generibus inesse patet ex pag. 545. des Schedaroths. Als thut nicht nur über den Empfang mit Verzeihung nicht Empfangs quittiren und selbige vor eine in quali et quanto liquide und richtige Schuld erkennen, sondern verspreche auch vor mich — ihnen N. und N. sammt und sonders selbst, dero Handlung. Verwaltere Factore, Commiss. oder wer sonst diese meine Obligation in Händen und auszuantworten haben wird, ohne besondere Cession, Vollmacht und Quittung, solche Zahlung wie sich gebühret zu leisten. Sed hoc in aliis Instrumentis (in aedem Staats aliter fieri non potest, nisi multorum verborum ambagibus adhibitis, quae omnes autem in hoc Contractu maximo cum commerciorum commodo evitantur. Quid! quod, maxime ad Cessionem requirebantur, etiam in vetustioribus illis iudaismi temporibus solemnitates. Sic e. g. si alter in alterum ius aliquod transferre volebat, 1) requirebantur pacta, 2) in signum cessionis vel cedens vel cessionarius calcem exuere debebat. RUTH. 4. 7. ad quem facrarum ff. locum conf. SELDENUS, de I. N. et G. ex mente Ebraeorum L. 6. C. 3.

nam, vi cuius alicui debiti exequutio, periculo assignantis committitur. *dd*) Cessio vero duabus constat partibus essentialibus.

I) Adesse debet *Titulus proprietatis* cuius virtute omne momentum nominis cessi in Cessionarium transit. Non vero haec ratio legalis ex qua patet, Cessionarium dominum esse debiti a Debitore expungendi seu Titulus tanta gaudet efficacia ut ius agendi in illum transferat. Obligationes enim iuraque ossibus inhaerent, et a domino cui primitus competunt, non possunt separari. Hinc si etiam ius agendi penes illum esse debeat, in quem facta translatio

II) Opus est *Mandato*, vi cuius novus Creditor in locum prioris surrogatus, quasi procurator actionem instituit. *ee*) Hodie tamen actio utilis ex Rescripto D. Pii Imperatoris Cessionario mandato destituta competit. *ff*)

§. 13.

II) Forum
post se tra-
hit ubique-
narium.

SECUNDUS huius Contractus effectus, ratione Loci, ubi Debitor conveniendus, est: (sic dictum) FORUM UBIQUENARIUM. Quilibet iudex iurisdictione reali praeditus, cuius auxilium implorare lubet auctori, potestate pollet reum ad solutionem adigendi. Alias auctor forum rei sequi debet, hinc si contingat, ut alio in Loco ad comparandum citetur, nullas ut contumaciae reus, poenas dare debet, iudici, si neque ipse neque per alium suam peroret causam, sed non parere illi est impune L. ult. ff. d. iurisdictione (id quod tamen paulo secus se habet iure prutenico novissimo. *gg*) Si vero vel dubia adhuc sit fori competentia, vel si etiam

dd) Hinc si assignatus non solvit, assignans non liberatur, sed ad illum assignatario regressus patet. L. 22. §. 2. ff. mand. Coccej. Exerc. curiof. Vol. II. D. 33. §. 17. HEIN. Ius Camb. C. III. §. 23. hinc etiam paroemia illa; *Anweisung ist keine Zahlung.*

ee) Huberi Praelect. ad Libr. XVII. D. T. I. §. 5.

ff) L. 55. D. d. procurat. L. 23. ff. d. haered. vend. l. 18. C. d. leg. COCCEI. Exercit. curiof. Vol. 2. D. 65. ut et Diss. 27. Vol. 1. Thes. III.

gg) Conf. Proj. des Cod. Frid. march. P. III. T. X. S. 1. §. 13. es muß aber Citatus sofort nach erhaltenen Citation und wenigstens 4. Tage vor

etiam solo humanitatis stimulo, in honorem iudicis ne eius iussa tacendo plane eludere videatur, sese sistere non recuset; Exceptio fori tamen, adversarii desiderium evertit, et quo minus a necessitate sese ulterius defendendi immunis discedat, nihil est quod illum impedire potest. *bb)* Qui vero huic Contractui, cuius enodationem pro scopo habemus nomen dare non dubitavit, etiam quemcumque iudicem, cuius iustitiae sapientiae et fidei sese committere, rationes optime compositae consulere videntur actori, pro competente agnoscere et eius voluntati obtemperare debet. *ii)* Nec si penetrabilia huius contractus penitus inspiciamus illi aliquid absurdi inest. Quid! Quod cum principiis quae iurisprudentiae antifites pro genuinis agnoscunt, quam maxime coharet. Quilibet enim favori pro se introducto renunciare potest. *kk)* modo liber sit rerum suarum moderator et

C

arbi-

vor dem Termine diese Except. (fori) schriftl. einbringen, oder in dem ersten Termine erscheinen und die Except. fori vorstellen, auch in beyden Fällen solche bescheinigen — wenn also Bekl. mit seiner Except. fori ante Terminum nicht einkömmt, oder in dem angeetzten Termine nicht erscheinet: so soll das iudicium quanvis incompetentis pro prorogato gehalten werden.

bb) 1. ult. C. d. Except. Coccej. Exerc. curios. Vol. 2. D. 4. de Citatione iudicis incompetentis C. 3. C. 4.

ii) id quod in aliis etiam Contractibus non inusitatum fuisse Iudaeis, testatur pag. 450 des Schedaroths: verspreche hiebey — ohne fernern Verzug die ganze Post mahn und zahlbar, und kan diese als eine Handelschuld und nach Wechsel-Recht — wo Creditores es verlangen — an allen Orten vor allen Enden und Gerichten beygetrieben werden. Soepe etiam accidebat, vt Debitor Creditori permitteret ihn in den Bann bey der Iuden-Sahule zu ruffen, seu ut, nisi obligationi satisfaceret ex Synagoga et omnibus iudaeorum conventibus communicaretur, quo casu totam universitatem sibi iudicem constituit. Aliquando fiebat vt ipse creditor in propria sua causa iudex seu potius arbiter constitueretur, per consensum debitoris in carcerem caedialem, quod indicant verba, meine Person nebst meinen Effecten — an allen Orten, wo solche meine Gläubigere imploriren oder erwchlen, immaßen ich in den iudicem, welchen meine Creditores elegiren, hiemit consentire, auch mehr als an einem Ort wo solche anzutreffen, anzuhalten, zur Hafft und Gefängnis zu bringen, imgleichen zu arrestiren.

kk) L. penult. C. d. pactis, S. Stryck, Prael. viadr. d. cautel. contractuum necess. Sect. 1. C. 5. §. 18.

arbitrarius. Quid ergo impedimento est, quo minus quis etiam iuri suo ut non nisi in hoc illo loco conveniri queat, sua excidat sponte, competentiam iudicis arbitrio Creditoris relinquat, et ita iurisdictionem in antecessum proroget. Nullus alius autem huic Contractui subscribendo, contrahentium animus est, quam ut forum domicilii et contractus deseratur, illudque forum pro competente declaretur, quod ut eligatur actor consultius et quam maxime conveniens esse censebit. Non quidem inficias ire licet, alias si de loco solutionis nihil convenerit, non nisi ubi perfectus est contractus aut ubi Lares posuit, debitorem valide ut obligationi suae satisfaciat, adigi posse //) Sed vel eo ipso propria et a communi forma pacificendi remotissimam, sibi vindicat naturam Contractus Staarchow, quod ubicunque eius possessori hoc e re esse videtur, illi respondere necesse sit, pactum enim tacitum, de solutione ubique facienda inter Contrahentes intercedit, quod legem Contractui dare tralatitium est. Et certe non sine ratione hic contrahendi modus natus esse nobis videtur. Extra omnem enim dubitationis aleam positum est Judaeorum domicilium incertum esse; Sunt qui nullibi et tamen ubique habitant. Alii e contra certam fortunarum suarum sedem quidem constituerunt, sed commercii ergo omnium fere terrarum orbem peragunt. Hinc omnes a Contractibus cum Judaeis ineundis abstinerent, si debitorem non nisi in loco domicilii, aut Contractus, ubi forte difficillimus conveniendo esset, convenire possent. Ut ergo huic malo medela pareretur, et Commerciorum Libertati, quantum fieri possit, prospiciatur, in forum consentiant ubi-que-narium. Omne ergo iudicem, quem actor elegit et in quem Debitor semel consensisse credendus est, declinandi studium in cassum redit, et obligationi cuiuscunque fori intuitu firmissima manet obligandi vis et efficacia.

§. 14.

PRAETER hunc, qui sese in Cessione exerit effectum alius adhuc conspicuus est hic Contractus praerogativis. Sic ius ex tali Scheda obligatoria agendi Creditori vel Cessionario competens non potest elidi per Exceptionem Solutionis licet Debitor illam

//) I. 19. §. 2. D. d. iudic. HEIN. Element I. C. sec. ord. D. P. II. §. 34. Lauterb. Coll. theor. pract. ad D. Tom. I. L. 5. T. 1. §. 47. Beyeri Posit. sec. ff. L. 5. T. 1. pos. 99.

illam iureiurando firmate vellet. Praesumptio enim Juris et de Jure pro Creditore militat, nullamque in contrarium admittit probationem. Nec est quod Debitor de iniquitate sibi nociva conqueratur. Suae potius desidia imputare debet, quod rigorem huius consuetudinis sciens, quum solverit non repetierit Chirographum. Consuetudinem hanc vero, itemque iura inde introducta notissima esse, non solum Judaeis sed et cum illis, in primis in regionibus Poloniae confinibus, commercia exercentibus, probant documenta huic Exercitationi sub No. II. III. IV. annexa, adeo ut neque ignorantia alicui patrocinium praebere, quippe quae in hoc casu vincibilis, hinc certe nociva esset. Eadem etiam ratio decidendi esset, si quis ius actoris per non numeratae pecuniae, aut aliam quaecumque exceptionem elidere vellet. Circa amissionem huius Instrumenti etiam aliquod speciale occurrit. Licet enim Debitori si iam solverit, et instrumentum hocce retraditum quidem, sed nondum mortificatum, postea amissum est, hanc fatalem calamitatem ex tabula publica in Synagoga adfixa fidei suae sociis per quatuor hebdomades indicare, ut illud iterum restituatur. Conf. docum. annex. sub N. III. Hoc etiam unicum tantummodo est remedium, vi cuius exceptio quaedam huius instrumenti possessori opponi potest, id quod eo magis iuri consentaneum, quo certius instrumenta privata contra scribentem probant, si de autore constet, *mm*) salva tamen reprobatione, si incontinenti fieri possit.

§. 15.

ALTERA SPECIES est Contractus STAAR-ISKA. *Legem* *mm*) cui adhuc Judaei obsequium debent, Mosaica huius religionis affectis usuras *oo*) pro mutuo sibi stipulari, prohibitum fuisse asserunt. Sacra vero auri fames plurimis mortalium intolleranda illorum etiam invadebat animos et hanc Legem illis red-

Altera species est
Cont. Staar-
iska.

C 2

de-

mm) L. 25. §. ult. D. d. prob. Heinecc. Elem. I. C. sec. ord. D. P. IV. §. 131. Cod. Frid. P. III. T. 23. §. H. pag. 140.

nn) Exod. 22. 25. Levit. 25. 37. Deut. 23. 19. Conf. etiam Puffendorf Iure N. et G. L. 5. C. 7. §. 8. ut et Gerh. Noodt de foenore et usur L. 1. C. X.

oo) quas ipsi Rabbinii ut pestiferas, et ipsi Creditori damnosas depingunt. Sic I. A. Eisenmenger allegat in iudaismo suo detecto Tom. II. p. 598. verba ex Libro, qui titulum praefert Maase Thora des Rabbi Hack-

cka-

debat durissimam. Hinc varias meditabantur medelas, quibus praedurum huius sanctionis iugum mitescere possent. Et denique suo eruebat Rabbinus Meier ingenio, hunc Contractum, cuius auxilio sub praetextu humanitatis, quae foenus ab aliquo accipere non permittit, revera pecuniam collocabant.

§. 16.

PRAEFEREBAT scilicet hic Contractus speciem syngraphae, quae societatis ut et Locationis conductionis Leges in se continebat. Has duas enim Contractuum species Creditorem et Debitorem intercedere fingebant. Creditor qui certae pecuniae summam alicui credebat, hanc non mutui iure transtulisse, sed Debitoris fidei eum in finem mandasse fingebatur, ut nomine Creditoris mercaturis faciendis quaestum faceret. Nemo alterius utilitatem vero ut gratis promoveat, adigi potest. Hinc Creditor pro opera eius Debitori levis cuiusdam ponderis monetam exsolvit, et quasi eius diligentiam conducit. Quia autem mercedis huius valor operam quam adhibere debet hic quasi Locator non exaequat, altera accedit fictio. Societatem nempe inire asserunt.

§. 17.

NON solum enim ab utraque parte facultates, sed et ab altera operas conferri posse inter omnes constat. Hinc pro opera Debitor insuper adhuc in partem lucri admittitur. Certam scilicet eius partem sibimetipsi Creditor stipulatur, quae illi instar usurarum est, omne reliquum vero, quod acquiritur, lucro cedit Debitoris. Incertum ergo et admodum dubium est, quod commodi nomine pro opera debitori obvenit. Quid quod accedit nonnunquam, ut Mercurio invidio et minus favente commercia exerceantur, et ne illa quidem, quam Creditor sibi reservavit lucri pars adquiratur, quem casum in se recipere debet Debitor.

§. 18.

ekadosch; Es sind sieben die keinen Antheil an dem ewigen Leben haben, — und der sein Geld auf Wucher ausleihet et pag. 599. ex Libro Schemoth Rabba. Wenn der heilige gebenedeicte Gott inskünftige den Gerechten die Schätze des Paradieses eröffnen wird: so werden die Gottlosen, welche Wucher und Zins gefressen haben, mit ihren Zähnen ihr Fleisch beißen.

§. 18.

SICUTI e contra omne fatali necessitate emergens damnum circa sortem ipsam domino praeiudicio est, nisi de hoc etiam pactis sibi prospicere Creditori volupe fuerit, quo casu regulariter exigui pretii moneta Debitori offertur, pro periculo, quod ratione fortis in se susceperit.

§. 19.

OMNE hocce figmentum convenire nobis videtur cum Cambio sicco, cuius inveniendi potifficis eadem fuit ratio impulsiva scilicet prohibitio usurarum iure canonico facta, in cuius fraudem hic Contractus palliatus pp) introduci coepit. Non enim in hoc Cambio restitutionem pecuniae alio in loco faciendam intendunt Contrahentes, sed revera id agunt, vt is qui pecuniam accepit, eadem utatur, alter vero, qui illam dat, cum lucro eandem eodem in Loco recipiat. qq)

§. 20.

HIS obiter simul explicatis ad Quaestionem, vtrum Iudaei suis consuetudinibus circa hunc Contractum relinquendi sint, progredimur. Quod ultimam quidem speciem attinet, quae STAAR-ISKA vocatur, maxime veritati consonum est, illam in foris nostris usum iam habere minimum quia Iudaei iam a regere illo Rabbitorum recefferunt. Hinc inter omnes constat, usuras pro fortis usu in iudiciis nostris non minus Iudaeis ac Christianae fidei confortibus adiudicari, quid! quod si iudaeo cum iudaeo res est non solum quincunces sed et dextantes sibi stipulari fas est, quarum solutionem cum effectu exigere potest Creditor. Hinc illi iusto diutius non immoremur. Transeamus potius ad Instrumentum illud quod vocatur MAMRE STAARCHOW, de quo si animi nostri complicatam rationem evolvere nos oporteat, illud in foris nostris vim habere non negamus.

C 3

§. 21.

pp) plures palliatus Contractus recenset GROTIUS I. B. et P. I. 2. C. 12.

§. 21.

qq) FRANCKII Ius cambiale L. 11. S. 1. T. 8. §. 3. 4. HEIN. Element. I. Camb. C. 2. §. 20. SIEGEL Corpus I. Camb. II. pag. 341. §. 3. et 7. et pag. 375. §. 9. 10.

Conse-
ruidini Ju-
daeorum
circa Contr.
Staar chow,
si lis incidit,
vt in hac crea-
mus
acquum est.

AD huius enim naturam si attendamus, illi, quia rationale est, nec Legibus positivis prohibetur, nihil iniusti inesse deprehendimus. Unicuique enim licet, omnia adhibere, quaecunque necessaria videntur, vt eo melius omne quod imminet periculum effugere queat. Quid! quod, iura ipsa maximam circa negotia sua gerenda iniungunt diligentiam, vigilantibus non vero dormientibus patrocinium promittendo. II) In omni genuina contractuum interpretatione atque diiudicatione respiciendum, ad id genus eumque modum obligandi, quem contrahentes ab initio Contractus meditati sunt, id quod in Contractu Mamre illa consuetudo est, de qua loquuti sumus. III) Nec alter Contrahentium, iure conquiri potest, vt sibi hic modus contrahendi fraudi sit. Qui enim vult solvere, non detrectat, strictissimo quoque modo obligari. Et quod conditiones attinet, quae paratiorem efficiunt solutionem, aut ad solum spectant favorem Creditoris, iura debitoris autem non reddunt deteriora, in istas cordatiores consentire non dubitant. Nec si aliquis non, nisi debitor foro ubiquenario sese submittat, pecuniam mutuam dare apud animum constituisset, in malam accipi potest partem. Cuilibet enim de re sua, prout hoc sibi videtur, modo fiat extra officiorum laesionem disponere integrum est. Nec hoc vt nostra fert opinio, Debitori oneri esse potest, quia homo ingenuae indolis solutionem non differt, donec per acriora iudicii cuiusdam vincula ad id adigatur. Dies potius apud illum interpellat pro homine, et sua sponte conditionibus contractui adjectis facit quod satis est. IV) Usum horum institutorum serenissimus noster Princeps eiusque gloriosissimi Majores, Diyorum numero iam dudum assignati, tacite concesserunt Iudaeis. Recte enim ex solidis in iure consuetudinum fundatis principiis B. Tilesius *rr*) ICtus regiomantanus quondam celeberrimus refert ad classem illorum, quae partim ad normam Legis Mosaicae, partim secundum Instituta propria, Iudaeorum universitas, vi huius taciti consensus agit, omnia illa quae nec de iure communi, nec de iure statuario, quoad

rr) in Diss. de causis in quibus Iudaei Legibus mosaicis et institutis propriis adhuc relinquendi sunt. Reg. 1719. habit. §. 6.

quoad illorum personas expresse definita sunt; apud illam autem certam habent decisionem. Quem tacitum consensum etiam exinde colligi posse arbitramur; quia hocce Instrumentum nihil aliud est, quam Contractus Mutui, cui varia ex consuetudine Mercatorum commercia cum iudaicis exercentium, pacta tacita insunt, quae in primis ad id faciunt, vt exceptionibus et tergiversationibus Debitorum obicem ponant, faciliusque reddant debitum contrahendum et deinde illud exigendum, vti iam §. XI. sub N. 5. evictum. Pacta vero secundum ius commune et statutarium dant Legem Contractui, et si semel per illa aliquis favori pro se introducto renunciet, semper sibi obstare experitur illud; *ad renunciata non datur regressus*. Porro haec Consuetudo notoria et per remedia illa mercaturae communia quae PARERE dicuntur, huic differtationi autem sub N. II. IV. annexa sunt, probata est. Nihil aliud vero ad consuetudinem talem requiritur iure prutenico *) uti evicit. Illustr. de Sahme. Hinc quoque in tali casu Scabini regionis montani hoc modo eade re pronuntiaverunt, uti videre licet ex annexo iudicato sub N. V. Quibus argumentis V) Robur addunt Edictum promulgatorium Corp. J. prutenic. d. an. 1721. secundum quod aequitas pro norma decidendi eligenda, in tali, ubi nulla Lex existit, casu, qualis praesens esse videtur, et ius novissimum, s. Cod. Frid. ** VI) Tandem omnis consuetudo rationalis, nulla Lege contraria existente, vim Legis retinet, sine scripto enim ius venit, quod usus approbavit, diuturnique mores consensu utentium comprobati, legem imitantur. ^{ss)} modo caute rationalibus irrationales opponendae sunt consuetudines. Sic rationalis est illa consuetudo, vi cuius intra principum palatia (in quibus olim regulariter publice pendeat tabula, cum manu et securi, aut alio quodam signo quod vocatur *der Burg Frieden*) pax conservabatur. ^{tt)} Sed maxime irrationalis est illa, quam priori opponunt, eleganti quodam apophtegmate: *die freyen Urtheile. ^{uu)}*

Die

*) in der gründl. Anleit. zur Pr. Rechtsgel. L. 4. T. 21. §. 7. Pr. L. R. pag. 110. §. 15. ** P. 1. T. 6. §. 10. pag. 15.

^{ss)} §. 9. I. d. I. N. G. et Civ.

^{tt)} HEIN. Elem. I. Germ. P. I. L. 11. T. 1. §. 17. 19.

^{uu)} Nro XXXIII. d. Ao. 1755.

Die rasende, die wilde Hand
 Die ihren schwachen Feind in Fürsten Häusern schläget
 Sey durch des Henckers Faust auf einen Block geleet,
 Und mit dem schärfften Beil entwannt,
 O Fürsten dies Gesetz hält eure Burg in Ruh
 Jedoch wolt ihr in euren Schlössern
 Des Friedens Wachsthum noch vergrößern
 So setz nur dieses noch hinzu:
 Auch sey hiemit kund und zu wissen,
 Wer heimlich seinen ^(Feind)_(Freund) mit falscher Zunge schlägt,
 Und ihm an unferm Hoff, Verläumdungs Netze, legt,
 Dem sey die Zunge ausgerissen,
 Denn werden Einigkeit und Fried und Ruh bestehen,
 Wiewohl wir würden auch viel Pantomimen sehen

R.

Quae nunquam ergo de iure vim Legis obtinere potest, etiam si
 Pseudopoliticae ars illam huc usque impunitam reliquerit.

§. 22.

EN b. L. argumenta quae nos in affirmativam Quaestionis
 propositae inclinant et finem simul nostrae exercitationi impo-
 nunt. Si forte non cultioris stili elegantia hasce paginas com-
 mendet, quaedam occurrant, quae meliorem in modum dici aut
 scribi potuissent, nonnulla limam admittant, haec omnia tamen
 nos non obligant, hasce potius suppressere meditationes quam
 foras dare, memores officii quod unicuique scriptori iniungit, *ut*
de se erudiendo magis quam de ingenio et scientiis iactanter ostendendis
curret, et verum potius quam plausus inquirat. Nihil igitur super-
 est, quam ut nos et nostrorum conatum ulteriolem successum
 tuo favori et humanitati de meliori modo commendemus.

N. I.

N. I.

שער חרב של בני יהואל פיכר

Starcbow von meinem Sohn

Jechiel Michael.

miter
sch e

Mich
babe
tag a

ל לוק הנל סך
זרה כמטבע

Dieses Capit^lüget
Zablungs . 8. fl.



נאם יחיאל מיכל נאָא מוהרר יחודא לויב נר
כאנפאי וחסם דה התורני מוהרר יחיאל מיכל חתימת ידו
הנל בכך אשרתי וקיימתי כרחזי: ויום ב ראש חרש שבט
תקף לפרט קטן
נאם הק יחודא סגל ריינא וספרא דקק סלוצק

VERSIO I.

*Jechiel Michael ein Sohn des Jebuda
Leib Vorsingers.*

*Vor meinen Augen hat sich der Jechiel Michael eigenhändig
unterscriben, ich habe es dabero bekräftigt und bestätigt wie
ich es gesehen habe, Montags den 4. Jan. 1745.*

*Jebuda jüdischer Schreiber und
Beglaubter in Schlutzk.*

VERSIO II.

*Jechiel Michael ein Sohn des Jebuda Leib,
dessen Licht leuchte!*

*In meiner Gegenwart hat der gelehrte und ehrbare Jechiel
Michael diese seine eigenhändige Unterschrift geschrieben. Dabero
habe ichs gerechtfertiget und bestätigt wie es sich gebühret, Mon-
tag den 4. Jan 1745.*

*Jebuda der Lewite, jüdischer Richter
und Stadtschreiber in Schlutzko.*

קין על סך הנל לזון הנל
מאה ושמונה זרה במטב

Capitulum bis zur obigen
Lungs-8. fl. in Müntzen.

X.

משמעות שטר חוב על החתום ומעבר לרף על סך
עשרה זקקים ושלושה רבע זקוק כסף צרוף טוב
ומובחר כמ"א לשלם בתקיעת כף בפה מלא זמן
פרעתן בראש חדש שבט תק"ו לפרט קטן:

X. VERSIO I.

*Dieses ist eine Schuldschrift von dem auf der andern Seite
tergeschrieben, auf eine Summe von hundert acht Gulden polnisch
im guten Gelde zu bezahlen, im Anfang des Monats Schewat (Ja-
nuarius) 1746.*

VERSIO II.

*Inhalt dieses Schuldbriefes von dem auf der andern Seite
tergeschrieben, auf eine Summe von 10. und $\frac{3}{4}$. Sekukim (ein Seku
ist 10. fl. poln.) welche auf den ersten des Monats Schewat 1746. 2
bezahlen. Der Debitor sich treulich nebst einem Handschlage ver-
pflichtet.*

II.

Actum bey E. Königsbergischen Stadt - Gericht
den 28. Oct. 1754.

In Sachen — giebt Hr. Gerichtsv. S * * circa Relationem Actorum zum Protocoll, er habe mit Hr. Commerciens-Rath, und Gerichtsv. P * * wegen dessen genauen Kenntniß der polnischen und jüdischen Handlungs-Affären — ausführlich gesprochen, und wäre er des Sentiments, daß dergleichen jüdische Schrift, aus welcher ein Casu geklaget worden (welches eben die sub Nro. I. ist) Mamre genannt werde, und in vielen Stücken besser denn eine Assignation oder Wechsel sey, weilten dergleichen Mamre dem Vorzeiger oder jeden Producenten vom Aussteller, wenn selbiger seines Namens Unterschrift nicht verabreden könne, aller Orten sonder Einwand bezahlet werden müsse, wie es denn auch bey der Cession keiner Cession oder einiges Endossements gebrauchte H. *

III.

Actum bey E. Gericht Königl. Stadt Königsberg.
den 28. Oct. 1754.

Simon Lewin ein bedienter bey der hiesigen Synagoge wird — vernommen, und da ihm das Original Document in Sachen — (welches eben das sub Nro. I. beyliegende ist) produciret wird: so zeuget er ein die Juden nennen ein dergleichen Documente Staarchow oder Schuldbrief, und habe es bey ihnen in Polen ein größeres Recht wie ein Wechsel, und müsse dem Producenten wer es auch sey ohne Einwand bezahlet werden, so gar wenn dergleichen Document schon wirklich bezahlet wäre, müste es dem Producenten doch noch einmal bezahlet werden, und brauchen die Juden in dem Fall wenn es verlohren geht, die Cantel, daß sie es in der Synagoge 4. Wochen bekannt machen und auf die Tafel schreiben lassen, daß dergleichen Handschrift verlohren gegangen.

S. * *

H. * *

H. * *

IV.

Actum bey einem Königl. Stadt-Gericht. den 31 Oct. 1754.

Der anher gebethene Hr. Wen-Assessor P. M. W. * * welchem sowohl das Original Document als die Uebersetzung — produciret wurde, zeigt ein, daß dieses Document eine jüdische Mamre sey, welche

ehe vom Ansteller, falls er im Stande der Zahlung sich befindet, einen jeden Producenten aller Orten vergütet werden müsse und gebrauche es einstens nicht eines Endassessments wie sonst im Wechsel gewöhnlich sey.

S. * H. *

V.

In Appellations-Sachen N. N. contra N. N. — in Schuldfor-
derung eingewandte Exceptiones fori et solutionis und anders
betreffend wird von E. Königl. Stadt-Gericht der Be-
scheid des — dahin gestellet;

Alldieweil Bekl. die Richtigkeit des libellirten Documents von 108 fl. pol-
nischen guten Geldes und seine darunter befindlichen Namens Unter-
schrift in actis nicht verabreden mögen, bey Ausstellung der Schrift aber
weder der Creditor, welchem selbige ertheilet; darinn benannt. noch der
Ort wo sie ausgestellt oder zahlbar seyn soll, nicht ein einziges mal hin-
gesetzt ist, unerachtet solches in diesem Document gantz ungewungen
an dreyen Enden hätte geschehen können; Als hat in Casu das forum
ubiquenarium allerdings stat, und zwar um so vielmehr, da die Na-
tur und Beschaffenheit dergleichen jüdischen Schrift Mamre oder Staar-
chow genant, als worov sie würcklich vom Hn. Prof. K. * * auch an-
dern der jüdischen Sprache und Form solcher Schrift kundigen erkannt
worden, mit sich bringet, daß gegen Vorzeigung derselben das darinn
enthaltene Quantum ohne allen Einwand einem jeden Producenten bezah-
let werden muß — wannhero auch N. N. und N. N. als Caventen —
sich nicht entbrechen können, daß eingeklagte Capital von — nebst den
Interessen seit — bis ad solutionis momentum und zwar weil Creditor
und Debitur Juden sind, zu rechigestellter maassen mit 10. pro Cent in-
nerhalb — dem Kläger zu entrichten. Und bleibet dem Bekl. wegen der
an — bereits erfolgten Zahlung dieser Schuld, welche ohne Zurückkeh-
rung der Mamre in originali, nach der Natur derselben nicht hätte ge-
schehen sollen, wieder denselben der regressi et in quantum juris offen ge-
lassen: Wie denn auch so bald die itzo gefundene Bezahlung dieser Schuld
geschehen seyn wird, dieserhalb das zur Sicherheit der Interessenten ad
acta genommene Original durchgestrichen und also gänzlich mortificiret
bey denselben asserviret werden soll.

Publ. den 5. Nov. 1754.



Königsberg, Diss., 1740-99


ULB Halle 3
004 587 936



f
sb.







10

A. D.
EXERCITATIO IURIDICA, 1755 13

DE
INDOLE ET IURE INSTRUMENTI IUDAEIS USITATI

CUI
M A M R E

NOMEN EST
QVAM

CONSENSU AMPLISSIMAE FACULTATIS IURIDICAE
PRO VIRIBUS PUBLICE DEFENDENDAM SUSCIPIENT,
PRAESES

P. 415

IOHANNES LUDOVICUS L'ESTOCQ,
I. U. D. ET PROF. ORD. III.

AUGUSTI PRUSSORUM REGIS CONSILIARIUS BELLI, ATQVE
CIVIT. REGIOM. IUDICIO SCABINOR. ET COLON. GALLIC. PRAEFECTUS,
REG. SOC. TEUT. REGIOM. MEMBRUM HONORARIUM,

ET RESPONDENS

WILHELMUS BERNHARDUS JESTER, REG. PRUSS.
J. U. C. REG. SOC. TEUT. SOD. ORDIN.



OPPONENTUM VICES ORNABUNT

IOHANNES CHRISTIANUS TESKE, REGIOM. PRUSS. I. V. C.
IOHANNES GEORGIUS SCHEFNER, REGIOM. PRUSS. I. V. C.

AD DIEM IX. OCTOBR. A. C. MDCCLV.

REGIOMONTI,

TYPIS SACR. REG. MAIESTATIS ET UNIV. TYPOGR. I. H. HARTUNGII.

191